

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe

der Quellenschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.

Zwanzigster Band.



Hannover und Leipzig.

Hahn'sche Buchhandlung.

1895.

Matthaeus Grabow.

Von W. Wattenbach.

Bei den Anfeindungen, welchen die im Niederland aufkommenden Genossenschaften ohne Klosterregel ausgesetzt waren, spielt eine Rolle die heftige Anklageschrift des Dominikaners M. Grabow, damals Lectors in Groningen, welche er beim Konstanzer Concil einreichte, die aber 1419 auf Grund von Gutachten Peters von Ailly und Joh. Gersons verdammt wurde, er selbst zum Widerruf genöthigt; s. Moll, Kerkgeschiedenis van Nederland II, 2, 169. Die Schrift selbst nebst den Gutachten ist gedruckt in Gersons Werken I, 624 (Ed. Antw. I, 467), und danach bei von der Hardt III, 106. Aber die Diöcese ist zur Merseburger geworden, und deshalb will auch von der Hardt den Convent zu Wismar in einen zu Weimar umgestalten; er selbst heisst Grabon, und bei Quétif I, 759 Grabeen. Den Niederschlag dieser Verkehrtheiten finden wir bei Fabricius. Bei dieser Sachlage war es ganz willkommen, dass Prof. Paul Fredericq mich freundlichst aufmerksam machte auf die Brüsseler Hs. 2285—2301, saec. XV. aus dem Kloster Korsendonc, welche unter vielen auf diese Streitigkeiten bezüglichen Schriften fol. 35 u. 36 auch die Verdammung und den Widerruf des M. Grabow enthält, der dem Convent zu Wismar im Ratzeburger Sprengel angehörte und Lector in Groningen war. Ich habe sie aus der Kgl. Bibliothek zu Brüssel durch die dankbar anerkannte Güte der Direction zugesandt erhalten, und gebe danach den folgenden Abdruck. Das Urtheil war, so viel ich gesehen habe, noch nicht gedruckt.

f. 35. Anno Domini 1419, die 31. Maii per cardinalem Aquilegiensem, iudicem in hac causa, dampnatus est quidam libellus et 17 conclusiones in eo contente, editus

a quodam fratre Matheo de Grabow ordinis Predicatorum, professo conventus Wismariensis dyoc. Razeburgensis provincie Saxonie (f. 35') tamquam hereticalis et heresim sapiens, erroneus, scandalosus, iniuriosus, temerarius, presumptuosus et piarum aurium offensivus, set et aqua angustie sustentandus donec appareret, an in luce an in tenebris ambularet. Compulsus quoque predictum libellum cum suis conclusionibus publice revocare, si ad unitatem ecclesie eligeret redire. Si vero non elegisset, degradandus ut hereticus fuerat, et brachio seculari relinquendus. Eidem quoque fratri M. quoad vixerit¹ interdictus est accessus ad provinciam Coloniensem, maxime ad dyoc. Traiectensem, sub pena perpetue incarcerationis et aliis iuris penis. Principium libelli fuit tale: 'Suppono primo quod non intendo', finis vero: 'Et per hoc patet responsio ad decimum'. Prima eiusdem libelli conclusio fuit hec: 'Nullus potest licite et meritorie, immo nec veraciter, obediencie, paupertatis et castitatis universalia consilia coniunctim extra veras religiones manendo adimplere'. Ultima eius conclusio scilicet 17. fuit ista: 'Ex quibus sequitur, quod predicta tria Salvatoris consilia sunt ita concathenata, ut ubi paupertas veraciter seu meritorie invenitur, oportet quod necessario obediencia et castitas veraciter seu meritorie inveniantur'.

Revocacio eiusdem fratris Mathei.

Ego frater Matheus Grabow, ordinis Predicatorum professus conventus Wismariensis dyoc. Razeburgensis provincie Saxonie, cognoscens veram catholicam et apostolicam sedem, anathematizo et abiuro omnem heresim omnemque falsam et erroneam doctrinam contentam in quodam meo libello incipiente 'Suppono' etc. et finiente 'et per hoc patet responsio ad decimum', maxime 17 conclusiones pretensas et asserciones, quarum alie sunt heretice, alie erronee et alie scandalose ac piarum aurium offensive, per me editas in illo, de qua doctrina hactenus infamatus (f. 36) convictus et sentencialiter condemnatus sum. Et consentio sancte Romane ecclesie et apostolice sedi, profitens eandem fidem me tenere et credere, quam sancta ecclesia tradidit et firmavit, et iurans per sanctam Trinitatem et hec Christi evangelia, eos qui contra hanc

1) 'vixit' Hs.

fidem veniunt, cum dogmatibus suis eterno anathemate dignos esse.

Se quoque subscripsit manu propria abiuracioni a se lecte, approbate et facte coram dicto cardinali et aliis multis prelatiis, doctoribus et magistris in theologia et in utroque iure ad futuram rei memoriam et testimonium premissorum.
